



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Matthaei Tympii Aureum Specvlvm Principvm,  
Consiliariorvm Iudicvm, Consvlvm, Senatorvm, Et Aliorvm  
Magistratvum Cvm Ecclesiasticorum tum Politicorum  
omnium**

**Tympe, Matthäus**

**Coloniae Agrippinae, 1617**

85 Ignominiam illat am contemnere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52641)

## SIGNVM LXXXV.

IGNOMINIAM ILLATAM  
contemnerere.

1. *Agesilaus Lacedæm. Rex* cum in ludo quodam solenni in locum parum honorificum collocatus esset: *Bene habet, dixit: ostendam enim non locum viris, sed viros loco conciliare dignitatem.* Plut.

2. *Q. Fabius Maximus*, ne Cunctatoris quidem nomen repudiavit, modò cunctatio illa patriæ profutura esset, nec prætulit rumores hominum publicæ utilitati. Maluit dux utilis esse, quàm vana & stulta prædicatione nobilitari. *Sab. lib. 10. c. 1. ex Plut.*

## SIGNVM LXXXVI.

IMAGINES SACRAS COLERE,  
& debita religione venerari.

*Imagines  
sacras cole-  
re.*

1. *Damasus, in vita Sylvestri, scribit, Constantinum* in loco, ubi fuerat baptizatus, posuisse Agnum ex auro purissimo: ad dexteram Agni statuam argenteam Saluatoris, ad læuam statuam argenteam Ioannis Baptistæ: in Ecclesia autem ipsa Lateranensi, posuisse imagines argenteas Saluatoris, Apostolis duodecim, & Angelis quatuor. *Bellarmin. lib. 2. de Imag. Sanct. c. 9. & 28.*

2. *Abagarius Edessæ Syriæ civitatis Rex*, cum eo nomine, inquit Damascenus, *de Fide Orthod. lib. 4. cap.*